Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8342
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

sedes duodecim iudicantes
duodecim tribus israhel.
Et omnis qui reliquerit do
mum vel fres aut sorores aut
prem aut matrem aut vxo
rem aut filios aut agros
ppter nomen meum centuplum
accipiet et vitam eternam
possidebit. Secundum matheum
Nullo tpe ambulabat ihs
ciuitates omnes et castella
docens in synagogis eorum et
predicans evangelium regni
et curans omnem langworem
et omnem infirmitatem. Vi
dens autem turbas miserius
super eis quia erant vexati et ia
centes sicut oues non habentes
pastorem. Tunc dicit discipu
lis suis: Messis quidem mul
ta operarii autem pauci. Roga
te ergo dominum messis ut mit
tat operarios suos in messem
suam. Et conuocatis duode
cim discipulis suis dedit
eis potestatem spiritum immun
dorum ut eicerent eos et
curarent omnem langworem
et omnem infirmitatem. Johes

Nullo die dixit. Hoc est preceptum meum ut diligatis inuicem sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis si fecerits quecumque ego precipio vobis. Iam non dicam vos seruos quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos quia omnia quecumque audiui a patre meo nota feci vobis. Non vos me elegistis sed ego vos elegi et posui vos ut eatis et fructum afferatis et fructus vester maneat. Vt quodcumque petieritis patrem in nomine meo det vobis. Secundum iohanem. Nullo tpe dixit. Hec mando vobis ut diligatis inuicem. Si mundus odit vos scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis mundus quod suum erat diligeret quia autem de mundo non estis sed ego elegi vos.